d. 14. 7bris 1602 etc.

Sacra Regia Ma^{tas}

N. 26 91

Egregium ac nobilem adolescentem Samuelem Sborowski qui hasce litteras Ma^{ti} V^{ae} reddet S^{mus} D^{nus} N^{r}, cui ille intimus Cubicularius est, affectu plane paterno complectitur propter praeclaram eius ad omnes virtutes indolem. Hunc igitur ornatum cuperet aliqua dignitate Ecclesiastica magna spe fretus ipsum nequaquam Ecc^{ae} Dei inutilem futurum. Et vero eum ante aliquot menses Plocensi Praepositura donaverat; sed irrito, ut postea apparuit, eventu. Quamobrem ego nunc illum Regiae Ma^{ti} V^{ae} maiorem in modum commendo, eandem obnixe rogans, ut quod hactenus perficere non potuit S. S^{tas}, id occupet ipsa eum videlicet promovendo ad aliquod beneficium Ecclesiasticum ex ijs in quibus ius Regiae nominationis sibi legitime vindicat. Non deest Ma^{ti} V^{ae} huiusce rei facultas, nec deerit, uti speramus, occasio; quam simul oblatam ut meâ causâ libentius promptiusque arripere dignetur, eandem Ma^{tem} V^{am} etiam atque etiam rogo. Praeterquam quod S^{ti} S^{ae} gratum

Poloniae pro D. Samuele

9º

fecerit, mihi imputet; licebit quicquid optimo huic adolescenti gratificata fuerit. Deus Opt. Max. Tuam quam diutissime incolumem tueatur. Romae die 14 Septemb. 1602.

Mtis. Vrae.

Seru. humill.s

Cynth.s Card. S.ti Georgij

94

Ser.mo Principi ac D.no D. Sigismundo

D. G. [illegible]iæ et Suetiæ Regi potentissimo.

Cg